



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Quibus incitamentis ad Societatem inuitatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

obsequium abs se reddi præcipue placuisset. Alterum , cùm in peculio haberet viginti quinque florenos , tres in partes eos diuisit: vnam pauperibus erogauit ; alteram Louanium misit, vt in Æde S. Petri ad aram Marianam certa Sacra fierent ; tertiam in Asperum-collem, ad exorandam, Sacris totidem, beatissimæ Virginis opem, transportari curauit. Illud denique tertium , hanc nouam suam instinctionem vocationemque conscientiæ suæ Moderatori indicauit, implorans opem orationum eius ac directionem ; adeoque se illi totum permisit , vt promitteret, ab eius consilio ne tantillum abiturum.

Breui manifestum exploratumque bono Quibus instrumentis ad Societatem inuitatus.  
Iuueni fuit, quod à Deo in Societatem voca-  
retur : neque exiguo illi incitamento fuere  
vtilitates, quas Societas ipsi Belgio longè ma-  
ximas adfert, laboresque quos in reducendis  
ad Ecclesiæ Romanæ castra fidemque hære-  
ticis suscipit; maiora denique, quæ in vicino  
Angliæ Regno à Patribus , cum sanguinis et  
iam ac vitæ profusione, carcerum durissimo-  
rum squalore , tormentorumque acerbâ per-  
pessione , tolerari ac patrari audiebat. Con-  
cepto igitur proposito , Deoque factâ sui in Votum concipit ingressi diendi Societatem.  
Societate consecrandi oblatione , meriti ma-  
ioris ergo ac firmitatis, hoc propositum suum  
voto sanxit. Narrat, qui animo eius dirigen-

B 2 do præ-